

re. Hoc sane casu liberatio hæc non se restringit ad solam illam causam mutui, sed aliam omnem comprehendit. Ita scribunt Cyn. in l. si ex maiore, C. de excep. Bart. in l. si de certa, col. 2. vers. si vero, C. de transact. Bald. in l. partum, q. 14. C. de coll. Ias. in d. l. si de certa, nu. 5. ver. limitant tamen, Corn. in con. 168. col. ult. vers. & idem videtur velle, l. 1. Alex. in col. 1. col. 2. vers. & ista sunt. l. 1. Rui. in conf. 33. col. 2. l. 2. & alij nonnulli congesti ab Anton. Gabr. in l. 6. concl. in tit. de reg. iur. in concl. 2. n. 22. & accedunt relati à Natta in conf. 115. n. 1. l. 1. & præter eum Calc. in conf. 19. n. 3. Rui. in conf. 25. n. 10. & in col. 145. n. 9. l. 1. Paris. in conf. 20. n. 34. l. 1. Soc. iun. in col. 40. n. 6. l. 3. Ita intelligitur text. d. l. si ex maiore, C. de excep. ubi Cyn. supra relatus dicebat, quod si debitor soluit partem debiti, & creditor fecit generale pactum de non petendo, restringitur pactum, quoad partem solutam, nisi creditor dixerit generalius, quod non posset petere causa, & occasione cuiuscunque debiti, & Cynus secutus est Ias. in d. l. si de certa, nu. 6. Ita etiam loquitur Bald. in l. pact. q. 6. Co. de collat. cum dixit, in his liberationibus cauendum esse à sermone nimis effuso, quod renunciantes iuri suo, & liberantes suos debitores incidunt in periculum, iuxta rex. l. vlt. Co. de dot. promiss. & Bald. secutus est Affl. in dec. 319. n. 3, qui nu. 4. dixit, in dubio non esse recedendum à generalitate verborum, sic & Bell. in conf. 6. n. 14. & Paris. in conf. 20. n. 30. l. 1.

Extenditur hic casus, vt locum habeat etiam quo ad ea, quæ etsi non in specie, in genere tamen cogitata fuerunt, sufficit enim, quod in genere fuerit de eis cogitatum, sicuti tradunt Bart. in d. l. sub prætextu, l. 2. in 1. op. posit. & in d. l. si de certa, n. 2. C. de transact. & ibidè Ias. n. 8. Aret. in conf. 33. col. pen. vers. ad tollendum autem. Alex. in conf. 11. n. 8. l. 2. Corn. in conf. 144. nu. 10. l. 1. & 12. l. 3. Rui. in conf. 25. n. 10. & in conf. 145. n. 9. & 10. l. 1. & in conf. 41. col. 2. vers. & in super, l. 5. Soc. sen. in col. fil. 59. & in conf. 103. col. pen. vers. his tamen non obstantibus, l. 3. & alios nonnullos recenset Ant. Gabr. in l. 6. conclus. in tit. de reg. iur. concl. 4. n. 8. & Natt. in conf. 113. nu. 1. lib. 1. Ita etiam declaratur, & intelligitur traditio illorum, qui scripserunt, liberationem, quietationemq. amplissimis verbis factam comprehendere etiam incogitata, sic sane Cast. Soc. sen. Crau. Neuiz. & Ceph. quos comemorauit in conf. 496. n. 60. Hæc quidem traditio intelligitur, quod comprehendat non cogitata in specie, in genere autem cogitatio requiritur, quæ ex amplissimis ipsis verbis præsumitur, vt scribunt Bart. & Ias. in d. l. sub prætextu, & in d. l. si de certa, & alij multi congesti à Tiraq. in l. si vnquam, in præf. n. 120. C. de reuoc. donat. & accedunt Affl. in dec. 44. n. 10. vers. & propter dicta, & Dec. in conf. 137. nu. 9. & ad rem confert quod scripsi in fr. l. 6. præf. 39. n. 7. vers. & cogitatio, & ad incogitata etiam trahitur liberatio, quando ipse creditor ita expressè voluit, vt post alios late differit Paris. in conf. 20. n. 35. l. 1. ibi tamen n. 83. declarat.

Mulier dotata quando statuit dispositione exclusiva præsumatur etiam à successione dotantis?

S V M M A R I V M.

- Filia dotata exclusiva à successione per statutum simpliciter loquens excluditur à sola hereditate dotantis. Secus quando exprimit à quorum hereditate excludatur, nu. 3. Item quando alternatiue numerat plures n. 4. Et quando enumerat plures alternatiue, & copulatiue n. 5. 6. Item quando excludit feminas stantibus masculis, & mandat eas dotari, n. 7. Item quando expressè excludit à persona non dotante, n. 8. Item quando excludit à successione ascendentium, n. 9. Item quando excludit à successione vnus tantum, n. 10.

- Item quando rubrica est generatis, num. 11. Item quando dotationis qualitas est posita sub conditione, n. 12. Item quando haberet clausulam taxatiuam, n. 13. Item si excluderet dotatam etiam ab extranea, n. 14. Item quando diceret de dotata à patre, auo vel proauo, n. 15. 2. Fæminaratione naturali succedere debet, vt masculus.

P R Æ S V M P T. C L I I.

Ne ordinem iam præscriptum impressumq. perturbarem, hoc loco duxi collocandam hanc disputationem, quæ aliqui erat reponenda post præsumpt. 47. supra explicatam.

Coniecturalis est etiam huius causæ status, scienti respondit erudit. Alc. in resp. 53. Cum verba statuti, n. 23. in fi. & sensus in resp. 57. n. 6. secund. in præf. antiq. Lugd. Cæterum quo tota hæc disputatio reddatur clarior, distinguendi sunt permulti casus, vt aliquos constituit Thes. in dec. 62. etsi Alcia. in resp. 53. n. 57. constituat regulam, & coniecturas, quibus à regula receditur.

Primus itaq. est casus, quando statutum loquitur simpliciter excludendo filiam à dotatam à successione. Hoc in casu intelligitur excludere, ab ipsius dotantis hereditate, & successione tantum, non autem alterius qui dotem non dedit, seu constituit. Ita Bal. in l. 1. num. 4. Co. de legit. hæc. cuius verba hæc sunt, statuto cauetur quod frater excludat sororem dotatam, si statutum non diceret ultra, intelligeretur ab hereditate dotantis, & non alterius. Hæc Bal. quem secuti sunt duo, & viginti doctores nempe I. Caltr. in d. l. in fi. C. de leg. hæred. & in conf. 196. puncto quaritur, de quadruplici. col. pen. vers. postquam ergo, l. 1. & conf. 91. Præsupposito, quod d. statutum, col. 1. vers. nam respondeo, lib. 2. l. Rom. conf. 485. n. 2. III. Ale. conf. 29. n. 6. l. 1. IV. Cor. in d. l. in fi. C. de legit. hære. conf. 74. n. 8. l. 1. & conf. 123. n. 4. & confilio 134. n. 8. l. 2. conf. 42. n. 9. & 10. & conf. 123. n. 3. lib. 3. V. Soc. Sen. conf. 30. n. 30. l. 1. & conf. 127. col. vlt. lib. 4. VI. Ias. in l. quoniam nouella, in 3. not. Co. de inoff. test. & in conf. 205. col. 2. vers. nec prædictis hæc, l. 2. VII. Campegi. in trac. de dote in 5. p. q. 64. VIII. Dec. conf. 346. & conf. 379. n. 6. conf. 89. n. 1. 625. nu. 1. & conf. 634. nu. 2. & in l. vt liberis, n. 8. C. de collat. IX. Cur. iun. conf. 5. n. 3. col. 10. n. 6. & conf. 65. col. 1. qui testatur hæc esse receptam opinionem. X. Rub. conf. 71. nu. 5. & conf. 106. in fin. XI. Cassan. conf. 55. n. 16. XII. Grat. conf. 43. in fi. lib. 1. XIII. Ioa. de Garro. in l. 1. n. 46. C. de sec. pup. XIV. Geor. Nat. in trac. qd. stant. mal. fem. non suc. q. 4. nu. 10. & 11. XV. Io. Ant. ex March. incisa. Confil. Duc. Medio. inter conf. Paul. Pic. conf. 85. n. 67. XVI. Alcia. in d. resp. 53. n. 23. & resp. 57. n. 1. XVII. Soc. iun. conf. 62. nu. 2. l. 3. XVIII. Geor. Mazzol. conf. 19. n. 31. XIX. Rol. conf. 24. nu. 13. l. XX. Pet. Io. Anch. l. 3. qq. iuris. q. 33. num. 3. qui testatur hæc esse receptam opinionem. XXI. Ceph. conf. 278. n. 65. l. 2. qui affirmat esse communem. XXII. Ego ipse col. 2. n. 17. ver. 9. & vlt. l. 1. Et huius quidem receptissimæ opinionis ea est ratio, quod cum femina ratione naturalis, & iure ipso ciuili æquè succedere debeat, vt masculus, l. max. vitium. C. de lib. præter. dici minimè debet exclusam, nisi manifeste appareat statutum eam excludere voluisse, cū exclusio hæc dicatur quedam exhereditatio que non præsumitur, nec inducitur, nisi de ea constet. Et statutum potest, & debet intelligi, vt sit exclusa ab hereditate dotantis, sicuti ita ius commune interpretatur similibus in casibus, l. 1. C. delegit. hæc. & l. vt liber. Co. de collat. Nec est verisimile statutum ob dotationem ab vno factam, excludere voluisse à successione alterius, atque ita quod factum vnus alteri proffit. arg. l. si vnus. S. ante omnia. ff. de pact.

Secundus est casus quando statutum exprimit à quorum hereditate mulier excludatur, & si non exprimit à quo

quo sit dotata, vt si ita dicit, Mulier dotata non succedat patri, vel matri, vel fratri, vel patruo. Hoc sane casu mulier dotata ab vno ex enumeratis excluditur ab aliorum successione. Ita Caltr. in col. 91. præsupposito quod dictum statutum, n. 2. vers. si vero statutum, lib. 2. quem secuti sunt Alexand. conf. 29. n. 6. l. 1. Cor. conf. 134. nu. 2. l. 2. la. sic conf. 295. col. 3. vers. si vero statutum, l. 2. Dec. in l. vt liberis, n. 8. C. de coll. conf. 346. nu. 4. & conf. 379. n. 8. Cur. iun. col. 65. n. 3. Laur. Palat. in trac. quod stant. mal. fem. non suc. n. 146. Alba conf. 98. n. 3. Ceph. confil. 278. n. 97. l. 2. & conf. 578. n. 15. l. 4. Franc. Bec. conf. 12. n. 18. Thes. decil. 62. n. 3. vers. contrariam, & idem ego ipse respondi d. conf. 3. n. 17. vers. 9. & vlt. l. 1. ea autem est huius opinionis ratio, quia hoc statutum loquitur in rem, & eius intentio est, quod hæc mulier sit dote contenta, & propterea sufficit, quod ab aliquo sit dotata, vt ab aliorum successione excludatur. Nec repugnat consideratio Ias. in l. vt liberis, n. 6. in fi. C. de colla. & Brun. in trac. quod stant. mal. fem. non suc. ar. n. 60. & 67. qui dissentiunt à prædicta magis recepta opinione, nam illi satisfaciunt Dec. in d. l. vt liberis, n. 8.

Tertius est casus quando statutum enumerat alternatiue plures personas, non solum in exclusione, vt in præcedenti casu, sed etiam in ipsa dotatione, vt si ita dicit, Quod dotata à patre matre, vel fratre non succedat patri, vel matri, vel fratri. Hic casus parum differt à præcedenti, & doctores quos statim referam, casum hunc probantes vsi sunt eadem auctoritate. Caltr. in d. confil. 91. & nullam constituit videtur differentiam inter casum hunc, & præcedentem, excipio hic Alb. in conf. 98. n. 4. qui dixit casum hunc plus habere dubitationis quàm habeat præcedens. Recepta magis opinio est, quod dotata ab vno ex enumeratis excludatur etiam ab aliorum enumerationem hereditate, & successione. Ita sane Corn. conf. 42. n. 9. vers. his tamen non obstantibus, l. 3. qui sic intelligit loqui Bal. in conf. 71. De iure conul. 4. & Cast. d. conf. 91. lib. 2. sup. relato. Cor. conf. 123. col. 2. libro 2. Soc. iun. conf. 62. n. 20. l. 3. & Io. Ant. ex Marchion. Incisa. inter conf. Pauli Pic. conf. 85. n. 67. & 68. qui sic respondunt super statuto Papiæ ita loquente, super quo, & ego ipse idem respondi, conf. 3. n. 10. vsq. ad fi. l. 1. Ceph. conf. 278. n. 97. l. 2. Alba d. conf. 98. in fi. l. 1. l. 6. Pet. Anch. Regi. q. 33. n. 8. l. 5. & Thes. in d. dec. 62. n. 5. Huius opinionis rationes, & argumenta commemorauit d. confil. 3. num. 10. & subseq.

Cæterum coniecturam hanc rejiciunt Anch. conf. 80. Retento n. 2. vers. his non obstat Alcia. resp. 53. n. 23. qui sic explicat statutum Papiæ, & est responsum redditum aduersus illud Soc. iun. conf. 62. sup. relatum. Ant. Gabr. l. 6. com. opin. in tit. de stat. concl. 5. n. 2. in fi. & nume. 3. Fran. Becc. conf. 112. n. 22. Crau. conf. 581. col. 3. vers. 2. crebrior, l. 4. qui eiusdem opinionis alios multos refert, & testatur Thes. in d. decil. 62. n. 5. in fi. Senaturn Tauri. aliquando opinionem hanc probasse. Huius autem traditionis rationes, & arg. confutari in d. conf. 3.

Quartus est casus, quando statutum enumerat plures personas in dotatione ipsa alternatiue, in exclusione verò copulatiue, vt si ita dicit, Quod dotata à patre, vel matre, vel fratre, non succedat patri, & matri, & fratri. Hoc in casu sunt pariter opiniones. Nam Anch. in d. col. 80. nu. 2. nullam constituit differentiam quod statutum loquatur alternatiue hoc modo. Quod dotata à patre, vel matre, vel fratre non succedat patri, vel matri, vel fratri, & cæ. vel loquatur statutum copulatiue in exclusione hoc modo. Quod dotata à patre, vel matre, vel fratre non succedat patri matri, & fratri, cum illa alternatiua in exclusione posita vim copulatiuæ habeat, & cū Anch. idem fenerunt Alex. conf. 151. n. 3. l. 2. Alcia. in d. resp. 53. n. 24. vers. uel cum statutum loqueretur. Verù uti ter respondit Bal. in d. conf. 71. De iure, l. 4. quæ secutus

est Alcia. in resp. 53. nu. 7. versicul. sed tamen aduertendum.

Quintus est casus quando statutum ita dicit, Quod dotata à patre, vel matre, vel fratre, excludatur à successione prædictorum. Hoc in casu dotata ab vno excludi à successione aliorum resp. Dec. conf. 634. n. 1. Laur. Palat. in trac. quod stant. mal. fem. non suc. n. 148. Rol. confil. 24. nu. 10. lib. 3. qui affirmat hæc esse commun. opin. Et secutus est Thes. in d. dec. 62. n. 4. ver. 2. casus est, qui sic intelligit respondisse Anch. conf. 168. col. 1. & Aem. col. 1. n. 29. Verum Anch. suo illo in responso non refert, quibus verbis concepta esset illa exclusio. Aem. verò loquitur in casu magis claro, nam statutum super quo ipse respondit, ita cautum erat, filia vel mulieres dotata de bonis patrum, vel matrum, auorum, vel proauorum, vel fratrum ipsarum alicui ex ipsis ab intestato non succedant stantibus masculis, sed que dotata fuerint de bonis dictorum ascendentium, vel fratrum, dote sibi data, & alijs habitis ab eis sint contentæ, quanquam non fuerint dotata de bonis illius ascendentis, de cuius successione tractatur, sed ab altero ex ipsis & c. Et hic quidem casus non differt ab eo, quando, l. statutum ita dicit, Quod dotata à patre, matre vel fratre, non succedat alicui eorum, de quo casu respondit Corn. conf. 323. n. 6. in fin. lib. 3. & si eum aliter visus sit intelligere Thes. in d. decil. 62. nu. 5. vers. 4. casus.

Sextus est casus quando statutum excludit feminas existentibus masculis, & deinde mandat feminas ipsas dotari. Hoc sane casu sufficit feminam fuisse à quocunque dotatam, vt excludatur à successione. Ita resp. Soc. Sen. conf. 127. n. 6. vers. aliquando, & secundo, & n. 7. vers. 2. conclusio est, l. 4. & si eum aliter intellexit Thes. in d. dec. 62. n. 5. vers. 4. casus.

Septimus est casus, quando statutum in specie exprimit personas dotantes, & expressè excludit dotatam et à successione non dotantis, vt si ita disponit, Dotata à patre, fratre, auo, vel proauo, excludatur etiam ab hereditate matris. Hoc in casu dotata ab vno, consecetur exclusa etiã ab hereditate alterius qui non dotauit. Ita Thes. in d. decil. 62. num. 6. vers. verum quicquid & c. & vers. 3. in his terminis, & c. qui huius opinionis refert Curt. iun. conf. 10. n. 6. & Brun. in trac. quod stant. mal. fem. non suc. ar. 8. n. 66. & his accedit Cor. conf. 134. n. 1. l. 2. qui respondit eo in casu in quo statutum ita dicit, Non possit succedere alicui ex personis dotantibus, vel non dotantibus. Idem Corn. conf. 42. n. 9. prope med. l. 3. & verè idem respondit Hier. Gab. conf. 15. n. 39. l. 1. & si Thes. in dec. 62. n. 66. vers. verum quicquid, aliter intellexit ipsum Gabr. cuius rationes rejicit,

Octauus est casus quando statutum ita loquitur, Quod dotata excludatur à successione ascendentium. Hoc sane casu dotata ab vno ex ascendentibus, vt puta à patre præsumitur exclusa etiam ab hereditate matris. Ita resp. Caltr. conf. 91. præsupposito quod d. stat. n. 3. libro 2. quem secuti sunt Alex. conf. 29. n. 6. lib. 1. Laur. Pallat. in trac. quod stant. mal. fem. non suc. num. 147. & 149. Acmil. conf. 1. in fin. Ceph. conf. 543. numer. 3. lib. 3. confil. 578. num. 17. lib. 4. Thes. d. decil. 62. nu. 3. vers. & quod ascendentes. Et ij quidem ea ratione moti sunt, quia ascendentium nomine continentur tam femina quam masculi, cum sit nomen hoc commune vtrique sexui conueniens, sicuti nomen descendentium, vt post alios scripsi in commentarijs de præsumpt. lib. 4. præsumptio. 84. num. 26.

Nonus est casus quem refert Alcia. in resp. 53. nu. 24. quando statutum, l. excludit à successione vnus personæ tantum, vt puta hereditate fratris, & refert Alcia. huius opinionis fuisse Alex. conf. 29. lib. 1. & Cor. confil. 123. lib. 2. verum vix conijcere possunt, quid sibi velit Alcia. an. l. femina hæc præsumatur exclusa ab omnium successione.

successio re, vel fratris tantum. & Alex. d. conf. 29. num. 6. lib. 1. solum dicit quod quando constitutio, seu statutum procedit ulterius disponendo quod dotata ex bonis patris, non succedat fratri, quod inquam hoc casu, dotata a patre non succedit ipsi fratri, cum statuti verba sint clara. Cor. vero in d. conf. 123. n. 4. in fi. & n. 5. lib. 2. respondit super statuto ita disponente quod dotata a patre, matre, vel fratre, non possit adire hereditate paternam, maternam, nec illius a quo nupta fuerit, vel dotata fuerit &c. Et in alio eiusdem statuti capite sic loquebatur. Quod dotata a patre, matre, vel fratre, vel alio, adire non possit hereditatem patris, matris vel fratris.

¶ 11 Decimus est casus quando rubrica statuti est generalis, & in rem concepta, ut si dicit. Quod mulier dotata non possit succedere in bonis paternis. Hoc casu non est querendum a quo sit dotata, ut excludatur a bonis paternis. Ita Curt. Ion. consil. 65. colu. 2. vers. & in primis, quem secutus est Alcia. in d. resp. 53. num. 24. versic. uel cum rubrica, qui eiusdem opinionis refert Corn. consil. 134. lib. 2. apud quem nullum hac de re verbum scriptum legi. Verum hic casus repugnare videtur secundo casui supra relato. Et Cast. quem refert Curt. ipse. Et ego in d. 2. ca. su aliter, ut ibi dixi, loquitur.

¶ 12 Undecimus est casus quando dotationis qualitas posita esset in conditione, ut si statutum ita dicit. Quod si mulier dotata sit, non succedat patri, matri vel fratri. Hoc sanè casu dotata a patre non succedet matri. Ita Corn. conf. 143. col. 1. lib. 1. Verum Alcia. in d. resp. 53. n. 24. versic. uel cum qualitas. & resp. 57. num. 7. dixit hanc

coniecturam esse leuem. ¶ 13 Duodecimus est casus quando statutum haberet facultatem taxatiuam, ut si diceret. Quod dotata a patre tantum. Ita Alcia. in d. resp. 53. n. 24. versic. uel cum statutum haberet. & resp. 57. num. 7. versic. idem si statutum diceret, qui huius opinionis refert Fulg. & Signoro. inter consil. Curt. iun. consil. 35. qui nullum hac de re verbum facit. Et verè etiam nescio qua in parte collocare uoluerit Alciat. taxatiuam illam, an scilicet in dotatione, uel in exclusione.

¶ 14 Decimus tertius est casus quando statutum diceret. Quod dotata etiam ab extraneo non succedat. Hoc sanè casu dotata a patre, uel fratre, uel alio quouis excluditur a cuiusvis successione, & hereditate. Ita Rom. consil. 485. n. 2. quem secutus est Alcia. in d. resp. 57. n. 6. versic. uel diceretur, esse dotatam. Idem sensit Corn. conf. 123. n. 5. versic. item capiendo. li. 2.

¶ 15 Decimus quartus casus est, quando statutum dixit. Quod dotata a patre, auo, uel patruo non succedat patri, auo uel patruo &c. Et auus dotauit neptem ex filio. Hoc sanè casu neptis hac excluditur a successione patris. Cum statutum senserit secundum ius ipsum conuene, quod dotata ab auo, intelligatur dotata causa, & complementatione patris non habentis bona unde dotet filiam. I. dedit dotem. ff. de collat. bon. & scripti supra præf. 17. n. 6. Ita in specie hoc de casu resp. Anch. in resp. 167. Pro ueritate præmittendum. col. 1. quem secutus est Alciat. in resp. 53. n. 24. versic. uel cum auus. & in resp. 57. num. 7. uel. idem quando statutum.

F I N I S.

INDEX TAM VERBORVM
QVAM RERVM INSIGNIVM
QVÆ IN PRÆSUMPTIONVM SEX LIBRIS

Jacobi Menochii